

Graecorum, sed ne Sinorum quidem, itaque nihil habeat ea praestantius, nihil quamobrem coniunctiores Deo Christiani simus. Cum videlicet scribunt summam esse Christianae religionis venerari coeleste Numen, diligere homines, se ipsum quemque vincere: quidquamne hoc amplius est eo, quod Confucius dixit: <sup>(3)</sup> King tien ngai gjin ke ki. Obsequere coelo, ama homines, cognosce te ipse? in quibus virtutibus etiam integritatem mentis requirebat. Nam omnis doctrinae Confucianae comprehensio et complexio in una voce est, integritate. Hoc igitur habuit proxime non nostris quidem moribus, ut nunc sunt, sed doctrinae tamen. Quamobrem non erit inuidiosum de eius sensu unum locum hic adponere ex libro Ta hio, ut appareat, quam ille corrigendo instituendoque ad integritatem animo studuerit: <sup>(4)</sup> Tang tschi puen min yue kou gje sin gje gje sin, jeu gje sin. Tang Regis pelui insculptae erant litterae, quae dicebant: toto die laua et renoua, quotidie renoua iterumque in dies singulos renoua. Paulo postea cum cogitaret, quam longe hominum studia ab hoc fine aberrarent, ita disserit: <sup>(5)</sup> Schi yue mien man hoang ki tschi yu meu. ya zu yue yu tschi tschi ki zo tschi ko y gjin ulb pu su ki ping. Oda Sacra ait: Mien man flava quis (खड़ी ओव) consistit in montis arboribus consiti cacumine. (वाराण्सी नोगुणांशि ते एव ऐसिए) Confucius igitur dicit: cum sisit (moratur) ostendit conuenire ibi commorari se. Itane vero, ut homo etiam non sicut illa ausis sit? Ut similiter quod conuenire suis rationibus et naturae videat, idem perpetuo sequatur? Perlegant qui volent Confucium, inuenient enim quoddam in illo viro exemplum integritatis et innocentiae. Nihilne igitur, inquiebat ille meus familiaris, etiam lacestij, de summa religionis nostrae gloria, de morte Christi dicere sunt ausi? Itaque cum Sini in his, quae ad lucem mentis et usum vitae morumque pertinent, nihilo differre a sua nostram reli-